

quod etiam si sufficeret in aliis beneficiis non requirentibus Sacerdotium, efficiat in primo non suffraganeo post presentationem vel oppositionem, in nostro casu cessat haec ratio, quando quidem requiritur Sacerdotium actualiter tempore actus ex fundatione & voluntate testatorum, ut capellanus possit, put tenetur, celebrare Missas huius capellaniae: quia non Sacerdos non potest, licet velit, seruire d. capellaniae, & sic deficit in eo vniu ex duobus requisitis necessariis supra d. scilicet, voluntatis & potestatis, ac per consequens non debet admitti, arg. tex. optimi in l. v. gradatum, §. 1. ff. de mun. & hon. vbi dicitur, & si lege municipali caueatur, ut praefertur in honoribus certae conditionis homines: attamen sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint.

22 Vltimus et alio ex capite excluditur d. Antonius: quia attenta fundatione huius capellaniae, neque ipse idoneus aut dignus est, neque dignior, imo indignus. Quod patet, quia idoneus & dignus in proposito est ille, qui habet qualitates ad beneficium necessarias, videlicet aetate legitimum, literarum scientiam, morum honestate, & ordinem necessarium, tex. in c. cum in eunibus, in princ. & in §. inferior, de elect. c. eam te, & in c. praeterea, de atar. & qualis: c. si pro clericis pauperibus, de prob. lib. 6. Concl. Trid. sess. 7. c. 1. & sess. 22. c. 2. & 4. docet Lambert. de iure patron. 1. part. lib. 2. art. 1. §. 10. princ. Selua de benef. 3. part. §. 5. nu. 1. vol. 15. tract. diuers. Dd. Dignior autem est ille, qui aptior & magis utilis est ad beneficium, cui praefertur, & indignus ille, qui non habet qualitates praed. ad beneficium necessarias, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. Sol. lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 2. Couar. in regul. peccati. 2. part. §. 7. n. 4. vers. si agitur de sol. 49. Sed d. Ioannes habet omnes praedictas qualitates, d. autem Antonius minime, ut visum est, & patet ex processu: & sic d. Ioannes est dignus non solum, verum etiam dignior ad hanc capellaniae; Ergo praefertendus, d. Antonius autem indignus: legitime nullo modo debet idoneari. Ex quo sequitur, quod cum etiam inter consanguineos dignior debet eligi, ut docet Feder. cons. 59. Couar. & Sol. vbi s. etiam si haec capellania non requiritur Sacerdotium, esset preferendus adhuc d. Ioannes, quia est dignior d. Ant. respectu ordinis praefertendus, quae habet d. Ioannes, d. autem Ant. minime.

23 Vltimo et excludendus etiam venit d. Ant. quia ipse est alienigena (hoc est, alterius Episcopatus & diocesis, scilicet Cauriensis) ut constat ex suis literis et testimonialibus productis, Ioannes autem praed. est diocesanus & naturalis huius Episcopatus, quare praefertendus est ei, qui aliunde est, ut tenet gl. in c. neminem, 40. dist. verb. ciuitatis, vbi quod potius praefertendus est clericus, qui est de ciuitate, quam extraneus, idem optime differens probat Roch. de Curt. in tract. de iur. patron. verb. honorificum, q. 18. n. 45. & seq. & ipsum refert & sequitur optime pluribus iuribus & decisionibus comprobans (quae consulto omitto, quia ibi sunt congesta) Casar Lambert. in eod. tract. 4. art. 5. §. princ. 3. part. lib. 2. fol. 226. & seq. in nouis, vbi respondet ad c. ad deo rem, de instit. & doctrinam Abb. in contrarium adductam, idem Casar art. 5. §. 1.

24 Vbi et concludit, quod stante idoneo de collegio vel loco, nullo modo potest praefertari forinsecus, seu alterius collegii vel loci, etiam si forensis sit idoneior, & quod oriundis facilius prouideatur quam exteris, per text. in l. in Ecclesia, C. de Episcopis & clericis, & gl. in d. c. neminem, sequitur alios allegans Rebuff. in tract. nom. q. 9. n. 57. Luc. de Pen. in l. quisquis, C. de omni agro desert. lib. 11. vbi ampliat, etiam si incola siue cuius nouus esset magis idoneus originario, quem refert & sequitur Alciat. in reg. 1. praesumpt. 37. nu. 1. & Gom. in reg. de idiomate, q. 1. de Rebuff. in d. tract. de nom. q. 21. nu. 55. vbi quod collator debet praefere oriundum non oriundo, bene Selua de benef. 3. part. q. 26. p. 1. vol. 15. tract. 3. diuers. Dd. fol. 84. Guil. Reuid. in rep. Raynuta. verb. uxorem, c. n. 482. & 488.

¶ Pro quo facit, quia praesentatio redditur subreptitia & nulla, non facta mentione, quod praesentatus est forensis, ut cum Dec. tradit Roland. a Valle consil. 47. num. 68. lib. 1. * De generali tamen consuetudine potest praefertari exteris a quocumque patrono etiam laico, sicut ab Episcopo, dummodo praesentatus sit idoneus, & habeat literas commendatitias seu dimissorias sui ordinarii, vel alias sit notus instituere debet, secundum Host. & alios, quos refert & sequitur Lambert. vbi supra, 1. part. lib. 2. art. 2. q. 7. §. princ. per tot. fol. 74. cum seq. praecipue n. 10. vbi ad fin. art. quae praxin ideo addidi in hac tertia editione (licet praecedens contraria doctrina iuridica, sicut) ne iniunioris & parum in forensibus versatos in iudicando & consulendo alias moueret aut deciperet: ut omnes vtrumque faciant in hac materia, ius nempe & praxin, hoc est, consuetudinem.*

Non obstat altera allegatio d. Antonii asserentis, se esse prima laurea donatum in sacra Theologia, ac proinde preferendum, arg. cap. cum ex eo, de elect. in 6. c. de multa, in fin. de prob. & qua tradit Rebuff. vbi s. d. q. 21. n. 56. Quia respondeo, quod qualitas haec scientiae Theologiae, nec gradus Baccalaureatus non sunt necessaria ad hanc capellaniae, in qua solum sunt dicenda vel canenda Missae, nec enim habet onus annuum audiendi confessiones, nec alia Sacramenta administrandi, nec concionandi, nec casus dubios conscientiae resolandi, quia non est canonicatus magistralis, nec praenitentiae. Secundo, quod licet praed. qualitas, quae aduersa pars nititur, alicuius momenti siue considerationis foret, cum praedicto Ant. deficiat praecipua, hoc est, presbyteratus, sine qua non minime potest praetendere hanc capellaniae, nec sibi prouideri per supra dicta. Tertio respondeo, quod etiam si propter d. qualitatem gradus esset dignior (quod diffucor) adhuc tamen, quia est forensis, praefertendus dignus huius Episcopatus originarius per supra dicta. Quarto respondeo, quod tunc procederet praesentatio aduersa partis, quando in ceteris essent omnino pares praefati Ioannes & Antonius, scilicet, quod vterque esset Sacerdos, & originarius huius Episcopatus, & consanguineus fundatricis: tunc enim pars aduersa posset praed. qualitatem allegare, iuxta tradita per Casar. in catalog. glor. mundi, 4. consider. 48.

¶ Vbi et quod inter plures aequaliter promotos in vno loco praefertur, qui merito vitae, nobilitate aut scientia alios antecellit, & Boer. de auctoritat. mag. Concl. n. 96. vbi loquitur in pluribus Episcopis eodem tempore consecratis, & in pluribus Dd. siue licentiatas, vel militibus eodem tempore creatis, ut attendi debeant merita & virtutes seu qualitates personarum, quia nobilior aut antiquior praecedere debet. At vero in praesenti causa non est omnimoda paritas, sed potius disparitas, quia Ioannes praed. est oriundus huius Episcopatus, & incola, item Sacerdos, pauper, honestus, habilis, sufficiens & consanguineus fundatricis in quarto gradu. Praefatus autem Antonius, licet sit consanguineus eiusdem in eodem gradu, non est originarius nec incola huius Episcopatus, item nec Sacerdos.

¶ Quinto et respondeo, quod licet data paritate in ceteris literatus praefertatur indocto, & non literato, hoc tamen non intelligitur, nisi aliter Ecclesiae necessitas suaderet, quia tunc non literatus praefertur, ut bene exemplificat & probat Lambert. de iur. patron. 1. part. §. 9. princ. 3. part. 2. lib. num. 3. & 7. fol. 228. col. 3. & 4. illius filii nouis. Ergo cum dictam capellaniae habeat & requirat ex fundatione annexorum ordinem Sacerdotalem, & sic Ecclesiae necessitas exposcat presbyterum, consequens est, ut ipse praefertatur praedicto Baccalaureo literato, etiam docto per supra dicta.

¶ Vltimo, et in fauorem Ioannis aduersus praed. Anton. facit argumentum a fortiori, quia etiam si durante hac

CONSILIVM III.

haec lite Antonius efficeretur Sacerdos, & sic ambo essent Sacerdotes, adhuc esset preferendus d. Ioannes, qui antiquior, cui eratus quazitum ad hanc Capellaniae ex praed. suo Sacerdotio, antequam dicit. Anton. efficeretur Sacerdos. Vnde Sacerdotium posterius non praed. iudicat priori, etiam si secundum haberet maiorem qualitatem literarum quam primus, argumento eorum, quae optime congerit Rebuff. in tract. nominat. q. 21. nu. 6. 7. & 8. post Doct. in l. cum quid, ff. si cert. per at. Boer. de auct. magn. con. n. 89. & 90. & facit quod Rebuff. tradit, vbi supra, n. 53.

Dicens, hoc limitandum, si primus non habet qualitatem requisitam: quia forte beneficium requirebat Sacerdotem ex fundatione, & secundum erat Sacerdos, primus non, nec in aetate 25. annorum, &c. quia tunc praefertur secundum per auctoritates ibi ab eo relatas. Ergo a fortiori in nostro casu cum dicit. Ioannes prius sit Sacerdos, secundum autem non sit Sacerdos, & Capellania haec ex sua fundatione requirit Sacerdotium, ut supra probatum est, praefertendus debet dicitur Ioannes.

Item facit, quod decidit Baldus consilio 167. incip. ordinatio testamenti, in fine, volumin. 4. vbi argument. l. fin. ff. de fide instrument. tenet, quod in dubio in beneficiis conferendis est preferendus senior, quem refert & sequitur Barbat. consilio 23. column. vltim. volum. 1. Rochus vbi supra, de iure patron. verbo honorificum, question. 15. num. 42. & inquit Cassanæ vbi supra, in Catalog. gloria mundi. 4. part. considerat. 76. quod antiquiores Clerici debent habere primum locum. Haec sicut decisa in fauorem dicit. Ioan. per Vicarium Piacentin. 29. die Ianuarij ann. 1577.

SUMMARI A.

- 1 Ex vnico actu electionis vel presentationis acquiritur ius eligendi, vel praesentandi: vbi quae requirantur ad hoc.
- 2 Quasi possessio patris seu antecessoris praesentandi, quae sortis a sui effectum, transit in filium vel successorem absq. eo, quod successore exerceant actum, per quem inducatur quasi possessio.
- 3 Probatio per testes aduersus interdictum adipsiende non admittitur, quando in continenti non docetur de dominio.
- 4 Ius exsequendi sententiam transit contra eum, qui in locum condemnatus succedit.
- 5 Masculus & ab eod. descendens praefertur semper feminae, & ab ea descendens in ius, quae destruntur iure sanguinis & maioratus.
- 6 Mulier nupta transit in familiam viri sui, & non gaudet privilegio concessio familiae patris.
- 7 Mulier nobilissimo etiam patronata, si nobili viro nupta sit, contribuit eum plebei.
- 8 In conseruatione familiae versatur fauor publicus.
- 9 Femina nupta extra familiam, an habeat ius patronatus familiae concessum.
- 10 Illegitimus admittitur ad ius patronatus, quando testator contrarium non praecipit.
- 11 Communis vsus loquendi, & consuetudo attendenda est ad ascendendum, an bastardus dicatur de domo vel familia patris.
- 12 Familia sua aequae conseruatur per legitimatos, sicut per legitimos.
- 13 Illegitimitatis macula ascendenti non nocet descendenti legitimo in ius patronatus successione.
- 14 Macula patris spurij, successuosi, vel nati ex damnabili coitu, non nocet eius filio legitimo, quo minus possit institui & vocari ab auct. praecipue, si pater est mortuus.

Vltimo praesenti processu litis & causae, de & super iure patronatus capellaniae, quam instituit & dotauit quaedam Agnes iam defuncta inter dominum Ioannem & Matthaeum ab eo nominatum capellanum huic capellaniae ex vna parte, & D. Mariam uxorem Didaci Pizarro, & Franciscum Pizarro ab eadem ex aduerso, capellanum nominatum: Item & Gudsaluum Rengel, & Ioan. ab eo nominatum ex altera parte, de iure praefertendum esse d. dom. Ioannem in praedict. nominatione atque praesentatione ceteris asserentis patronis atque proinde capellaniae esse conferendam praedict. Matthaeo, respondeo sequi iuris fundamentis. Veritas huius negotij dependet a cognitione, ad quem pertineat ius patronatus huius capellaniae: hoc namque comperto cognoscetur & reliquum, scilicet, cui nominatorum sit conferenda: Ideo in praesenti consilio Deco annuente, hoc agam, probas praed. ius patronatus pertinere ad d. Dom. Ioannem, non vero ad alium, quambrem capellaniae conferri debere praed. Matthaeo ab eodem Domino Ioanne nominato.

Primo, quia iam iterum haec eadem lis super iure patronatus d. Capellaniae fuit prius in iudicio agitata inter parentes d. partium, atque sententia diffinitiuam decisa, iudicio superiorum iudicium confirmata: qua declaratum fuit, hoc ius patronatus pertinere ad Dom. Didacum patrem d. Dom. Ioannis, ac deinceps ad filium maiorem eiusdem successorem in sua domo & maioratu, ut quilibet suo tempore nominare posset Capellanum ad hanc capellaniae, ut constat ex praed. sententia authentica in publicam formam redacta. Cuius virtute praefatus Dominus Didac. nominauit Capellanum quemdam Ildephonsum, huic capellaniae: cui fuit prouisa factaque collatio, & data possessio illius cum suis bonis & redditibus, eamque pacifice habuit & possedit diu, cuius cessione & renuntiatione nunc vacat: quae omnia patent ex processu: vbi etiam adest declaratio conformis supra d. in fauorem d. Domini Didaci suorumque successorum facta ab illustrissimo quondam successore huius Episcopatus praesule eo tempore, quo proprio motu (ut solum est) memorias atque capellaniae antiquas defunctorum visitaret. Constat igitur manifeste ex supra d. quod pater d. Dom. Ioannis, quando ab hac vita decessit, erat in proprietate & possessione, vel quasi huius iuris patronatus, atque nominandi capellanum ad d. capellaniae virtute d. exsequutoria sententiae & nominationis a se factae, quae sortita fuit effectum, ut probatum existit in processu, & aduersa partes fatentur.

Et ex vnico actu electionis acquiritur quasi possessio eligendi, & praescribitur, iuxta gl. in c. cum Ecclesia Summa, de causis, possess. & propriet. verb. breuitatem, & hanc testatur communem opinionem esse, loquens tam in electione quam in praesentatione Ripa ibid. num. 91. & eam sequitur plures allegans, loquens etiam in vnica electione vel praesentatione Decius consil. 124. numer. 1. idem Decius consil. 129. num. 21. & 3. & consil. 134. n. 1. Vbi tria ad hoc requirunt, quae in nostro casu interueniunt. Primo, quod bona fide electio vel praesentatio facta sit. Secundo, quod sit admissa & confirmata. Tertio, quod praesentatus & confirmatus fuerit tanquam Rector in possessione rectoriae, & quod ille, qui vltimo loco praesentauit, dicitur esse in possessione. Et illam glossae opinionem dicit etiam communem Casar Lambert. de iure patron. lib. 2. in 1. part. artic. 11. quest. 3. princ. numer. 5. & per totum articulum, folio 22. in nouis, testatur communem D. Couar. in practico. question. cap. 14. numer. 2. Et quod hoc intelligatur, quando collatio sortita fuit effectum, alias secus, tenet etiam Matthaeus de Afflict. de consen. Neapolis. 282. num. 2. & Roland. a Valle

Confil. 47. num. 27. lib. 1. vbi plures allegans testatur com- munem, quod ex vnicō actu præsentionis, sequuta institutione, quasi possessio acquiratur, de quibus re- quisitis late agit Cæsar Lambert. vbi supra, in artic. præ- cedenti, vbi prædicta sequitur. Quo fit, vt defuncto d. do- mino Didaco iure optimo succedat in d. iure patrona- tus dominus Ioannes ipsius filius maior successor in sua domo & maioratu vigore dictæ sententiæ exsequi- toriæ, quæ cū eo expressim loquitur, ac per consequens mittendus in possessionem, vel quasi dict. iuris patre admittendo suam nominationem factam de prædicto Matthæo pro capellano dict. Capellaniæ ipsique no- minato conferendo eam in titulum perpetuum super- sedendo in iudicio petitorio, quod aduersæ partes in iudicium deducunt, prout fuit petita pro parte di- ctorum Ioan. & Matthæi, iuxta iuris regulam ordina- riam in l. ordinarij, C. de rei vend. & in l. incerti iuris, cum similib. de interd. dict.

¶ Quasi possessio enim præsentandi patris seu an- tecessoris, quæ sortita fuit effectum ex institutione ob eam sequuta tranfit in filium vel successorem heredem absq; eo, quod ipsi successores exercent actum, per quem in ducatur quasi possessio, vt in terminis probat & tenet Cæsar Lambert. de iure patron. 2. sic. artic. 22. 2. q. 1. part. per totum articulum. fol. 28. idem in quasi posses- sione iurium incorporalium generaliter de iure probat Otalora de nobilit. 2. part. c. 6. n. 3.

¶ Non est oblat, quod aduersæ partes se obtulerint, ad probationem iuris sui, aliquosq; testes super eo in- duxerint.

¶ Quia hoc non admittitur aduersus interdictum adipiscendæ, quando in cōtinenti non docetur de do- minio, iuxta gl. mag. in fin. in l. si de vi. ff. de iudic. tradit Bart. in l. natur. alter. s. nihil commune. n. 3. ad fin. versic. se- cundo casu, ff. de acquir. possess. cuius opinio in hoc com- muniter approbatur per Doct. ibi, vt testatur Ripa ibi, num. 101. probat l. 27. tit. 2. part. 3. in versic. Eueras ende, & ibi notat Gregor. Lup. in gl. Quele entragasse, eam l. intelligens tantum procedere in interdicto adipiscen- dæ, & Anton. Gomez in l. 45. Taur. nu. 122. Quare nihil præstat in proposito, quod in prædict. exsequutoriæ secunda sententia dicitur, scilicet, quod renuntiatio Gun- disaluis dicti iuris patronatus in fauorem dict. Jacobi facta non præiudicat D. Dominæ Mariæ filie renuntians in iure sibi competenti, vel quod competere possit: hoc namq; nihil aliud operari videtur, quam simplicem reservationem sui iuris, si id sibi competat, vt ex verbis supra relatis cō- stat. Hoc autem ius deduci & agitari prius debet in iu- dicio via ordinarij, & non obest interdicto adipiscendæ: quia non constat in continenti de dominio, vt est pro- batum supra de iure.

¶ Secundo & præcipue hæc eadem pars certior red- ditur, quod in iudicio proprietatis probatam habeat suam intentionem præfatus dom. Ioannes, tū propter d. literas exsequutorias in contradictorio iudicio latas aduersus parētes aduersariorum, quibus pariunt excep- tionem rei iudicatæ, atq; integrum præiudicium par- rant: quandoquidem ipsi admitti nunc intendunt tan- quam filij suorum parentum.

¶ Nam ius exsequendi sententiam tranfit contra eum, qui in locum condemnati succedit, etiam non ci- tatum in prima lite, vt in l. ex contractu, & ibi notant Bart. & Doct. ff. de re iudicat. Sicq; nullo pacto aduersæ partes admitti nec audiri debēt, cum dd. sententiis sint exclusæ, multoq; minus audiendus est d. Gundisaluus Rengel, quia eius pater fuit exclusus condemnatusque omnino tribus conformibus sententiis absque aliquo additamento.

Tum præterea, quia dict. dominus Ioannes descen- dit linea recta a genere Caruallium, eorumq; insigniis

& nomine vitatur, caputq; est ipsorum, & consangui- neus intra quartum gradum præd. fundatricis: in cuius ordinatione requiritur, vt succedere habens in hoc iure patronatus sit de præd. genere Caruallium, atq; pro- inde ad vnguem obseruandum iuxta late per me tradi- ta in l. 2. consilia supra posita: d. autem Domina Maria licet sit consanguinea fundatricis in eodem gradu mi- nime succedit in hoc iure patronatus ex prædictis & infra dicendis. Gundisaluus vero Rengel ultra sui ex- clusionem suprad. non ita propinquus consanguineus est sicut dom. Ioannes, & in fundacione huius capella- niæ præcipitur, vt proximior præferatur, præsertim, quod nec nomen, nec insignia siue arma Caruallium portat, & descendit per lineam fœmininam a forore fundatri- cis, dominus vero Ioannes per masculinam a fratre eiusdem.

¶ Et in his, quæ deferuntur iure sanguinis & maio- ratus, prout hoc ius patronatus, præfertur semper ma- sculus & ab eo descendens, fœminæ & ab ea descen- denti, argument. c. 1. & per totum de success. feud. & ibi notant Doct. & tradit optime Anton. Gomez in l. 40. Taur. nu. 62. Vbi inter alia bonam rationem adducit, quia ex quo constitutus vel dispens prius vocauit masculinum in successione, eadem ratione videtur etiam postea velle, vt semper masculus succedat & præferatur fœminæ, per text. in c. 1. de eo qui sibi & heredib. suis masc. & fœmin. in uesit. accep. in vltimo feudorum, & alia sura & Doctores.

¶ Tertio quia dict. Domina Maria nupta est viro 6 alterius familiæ, in quam ipsa tranfit per matrimo- nium, & non potest gaudere priuilegio concessio fami- liæ paternæ, vt tenet Bart. in l. quous, num. 2. C. de priu- leg. scholar. lib. 12. dicens hæc verba; Nota singulariter istum textum, quod si priuilegium concedatur mihi & omnibus descendentibus masculis & fœminis, quod descendentes per lineam fœmineam ita demum fru- untur priuilegio, si sint viduæ, non autem si ad secun- dum matrimonium cōuolauerint. Et potest esse ratio, quia postquam virum assumunt, in totum ad alium di- cuntur se transferre & statum suum mutare, vt in l. mo- uentes, de dignitatib. Quasi apertius loquatur Bartol. in fœmina nupta primo vel secundo viro, sicut intelligit Doct. qui eum sequuntur statim citandi, siue sit de- scendens per lineam masculinam siue fœmininam. Quia vis & ratio decisionis supradict. Bart. tantum consistit in persona ipsius fœminæ nuptæ, de qua dubi- tatur, an vti debeat priuilegio paternæ domui cōcesso, non vero in eo, an fœmina descendat per lineam fœ- mininam vel masculinam, nec quod cōtraxerit secun- das nuptias, vt constat ex ipsamet ratione Bartol. cuius opinio & doctrina sic generaliter intellecta (licet ali- qui eam improbant) est communiter approbata & tenenda, vt plures allegans affirmat eam sequutus Dn. Anton. de Padilla in l. voluntas, num. 4. C. de fideicommiss. quam ipse ibi probat.

¶ Quia mulier nobilissimo etiam patre nata, si i- gnobili viro nupta sit, veluti ad plebeiam familiam trās- lata, compellitur pro ratione sui patrimonij cum po- pularibus tributum Principi pendere per leg. Regiam 6. titul. 2. lib. 4. Ordinar. bodis l. 9. lib. 2. Compil. Per quam ita tenet Palat. Rub. ibi allegatus per eum. Et eodem modo mulier populari patre nata, si nobili nupta sit, quamdiu matrimonium durat, ac soluto quoq; si caste vixerit, veluti mariti familiaris eam plebeis non con- tribuit, vt ibi ipse probat præcipue per dict. leg. Reg.

Probatur etiam, quia velatur fauor publicus in 8 conuersione familiæ; vt in l. 1. §. quous, ff. de vent. in- spic. Et hoc est quod voluit fundatrix in proposito, dum præcepit, vt esset patronus consanguineus propinquior ex genere Caruallium, quæ familia per ma- sculos

sculos conseruatur non per fœminas: Nam cum ipsæ nubendo extra eam transeant in alias familias, proprias amittunt, vt in §. 1. Instit. de patr. potest. & in l. pronuntia- tio, in fin. ff. de verb. signific. tradit plures referens Greg. Lopez in l. 12. gl. 2. tit. 33. part. 7.

¶ Sed imo in nostris terminis iuris patronatus ean- dem doctrinam Bart. videtur sequi Rochus de Curt. in tract. de iure patr. in verb. competens alicui, n. 2. fol. 34. col. 3. in par. 1. Vbi quærit, an, quando ius patronatus cō- peteret illis de parentela, fœminæ admittantur ad vo- cem dandam in præsentatione, & inquit: Ego arbitror, quod si fœminæ non sunt nuptæ extra parentelam, vo- cem habeant, & pari modo, si nondam sint nuptæ: si autem sint nuptæ extra parentelam, dependet a q. an fœmina nupta dicatur de domo, vel de parentela patris sui, de qua habetur per Bart. in l. quous, C. de priuileg. scholar. lib. 12. & alios, quos ibi refert. Et tandē inq; dic vt in dd. locis concluditur, cōsiderando cum hoc consuetu- dinem mentesq; testatoris. Sed ibi concluditur cū Bart. & communi opin. quod mulier nupta extra familiam patris nō dicitur de domo patris ad hoc, vt gaudeat priuilegio illi domui cōcesso: ergo expresse decidit Roch. idē in iure patronatus, de quo est nostra q. vt fœmina nupta extra familiam patris non habeat vocem in præsen- tatione, nec sibi competat ius patronatus, quando illud defertur illis de parentela, vt in proposito contingit in fundacione huius Capellaniæ. Quo fit, vt D. Maria, cū sit nupta extra familiam, minime hoc ius patronatus, quod soli generi Caruallium defertur, prætere de po- terit, cum etiam mens fundatricis in idem concurrat, & consuetudo contraria non sit probata.

¶ Non etiam obest, quod d. dominus Ioannis auus non fuit filius legitimus sui patris eiusdemq; fratris funda- tricis, sed naturalis tantum, ideoque præd. nepos non possit esse patronus d. Capellaniæ.

¶ Nam primo respondeo, quod licet an appellatione consanguineorum, cōiunctorum & aliorum id genus sanguinis, generisq; veniant naturales, possent in vtrā- que partē multa adduci, quæ vel iustum volumen con- ficerent ex scriptis ab omnibus nostris legum interpre- tibus in pluribus locis, vt tradit Tiraq. de vtroq; retract. c. 1. §. 1. gl. 8. n. 5. In proposito tamen nostro iuris pa- tronatus illegitimus admittitur ad ius patronatus quā- do testator contrarium non præcepit, vt constat ex late traditis per Rochum vbi supra, n. 6. & seqq. Et quamuis in proposito propter verba fundacionis, (quibus præ- dicitur, quod patronus sit de genere Caruallium) videantur excludi illegitimi, quia ipsi non dicuntur de genere vel familia, iuxta notata per Doct. in l. ex factis, §. si quis ro- gatus, ff. de iur. iur. n. 5. In proposito tamen nostro iuris pa- tronatus illegitimus admittitur ad ius patronatus quā- do testator contrarium non præcepit, vt constat ex late traditis per Rochum vbi supra, n. 6. & seqq. Et quamuis in proposito propter verba fundacionis, (quibus præ- dicitur, quod patronus sit de genere Caruallium) videantur excludi illegitimi, quia ipsi non dicuntur de genere vel familia, iuxta notata per Doct. in l. ex factis, §. si quis ro- gatus, ff. de iur. iur. n. 5.

¶ Cetera, quæ dict. Gundisaluus Rengel in sui fau- orem adducit, facile diluuntur, quia pater ipse eadem allegans, fuit victus & exclusus tribus sententiis con- formibus aduersus eum, & in fauorem patris dicti Io- annis latis, in processu productis. Datum Placentiæ, 23. die mensis Octobr. anno 1570.

Hæc lris fuit decisa in prima instantia iuxta hanc iu- ris allegationem, & fuit declaratus pro patrono huius Capellaniæ dict. Domin. Ioannes, & admittens Capella- nus ab eo nominatus, cui mandatum fuit fieri collati- onem dict. Capellaniæ. In gradu appellationis per Me- tropolitanum fuit confirmata hæc prima sententia re- spectu collationis faciendæ dict. Matthæo nominato a dict. Dn. Ioanne ratione possessionis vel quasi, in qua dicit. Dn. Ioanne ratione possessionis vel quasi, in qua erant Dn. Ioannes & pater eius, nominandi Capella- num ad dict. Capellaniam. Respectu vero proprietatis dict. iuris patronatus reuocata fuit prædict. sententia, & fuit applicatus dict. Dn. Mariæ: a qua secunda sen- tentia fuit appellatum, & per iudicem Apostolicum appellatum fuit prolata tertia sentent. qua confirma- uit 1. & 2. respectu d. Matth. Capel. nominati & in suum fauorē. Et præerea tueri iussit d. D. Ioan. in possel. vel q. q. habebat d. iur. pat. reuocauitq; d. sent. Metrop. respectu

interesse, quod auus dict. D. Ioannis legitimus minime fuerit: præcipue, cū auctoritatibus Apostolica & Regia fuerit legitimatus, vt ex processu sufficienter constat.

¶ Et per hoc legitimatos ita quæ conseruatur familia at- que agnatio, sicut per legitimos, vt tenet plura conge- rens Tiraq. in l. si unquam, verb. susceperit liberos, n. 83. C. de reuoc. donat. Imo in nostris terminis, quod ius patro- natus pertineat ad legitimatum, etiam per Principē se- cularem, latissime ad vtramq; partem agens probat cū Roch. de Curt. & aliis Cæsar Lambert. de iure patr. lib. 1. 2. part. art. 29. per totum, 2. q. princip. fol. 142. in nouis, Dn. Didac. Perez in l. 1. tit. 6. col. 237. versic. quarta conclusio, lib. 1. ord. dm.

¶ Secundo respondeo, in præsentī casu minime cōue- nire quæstionem supra proximam de illegitimitate pa- tronī. Nam d. dominus patronus ipsiusq; pater legiti- mi sunt & de legitimo matrimonio: hæc autem legiti- mitas tantum defecit in auo. Quo casu t̄ expresse deci- dunt Doct. quod macula illegitimitatis ascendens nō nocet descendenti legitimo in iuris patronatus success- sione, vt determinat eleganter Anton. de Butr. in conf. 29. incip. Iesu Christi, & c. vltis punctis. Vbi tangit an legiti- time natus ex matre illegitima succedat in iure patro- natus aui materni: Et concludit quod sic supra dicta ratione. Et eisdem verbis vitatur Petrus de Ancharan. conf. 358. incip. In nomine Iesu Christi, vltis punctis. Quos refert & sequitur Roch. vbi supra, verb. competens alicui, nu. 8. colum. fin. dicens, se credere quod ambo supradict. Doct. confulerint in eodem casu, quia attingunt eadem puncta: refert etiā & sequitur expressius distin- guendo Cæsar Lambert. in eodem tract. de iur. patr. vbi supra artic. 3. 2. 2. quæstion. principal. 2. part. lib. 1. fol. 143. in nouis.

¶ Quæ opinio t̄ & responsio coadiuuatur ex eo, quod macula patris spurij, incestuosi vel natī ex damnabili coitu non nocet eius filio legitimo, quo minus possit institui & vocari ab auo, præcipue si pater est mortuus, vt tenet Bart. in l. Gallus, §. quid sit, num. 2. ff. de liber. & posthum. & ibi Doct. & est magis communis opinio se- cundum Roderic. Suarez in l. 1. tit. 6. lib. 3. Fori versicul. hæc de filiorum, fol. 88. col. 2. sequitur etiam & probat An- ton. Gomez in l. 9. Taur. num. 17. & communem testat- tur plures allegans Arrius Pinell. in l. 3. nu. 20. & sequent. C. de bon. mater. n. & D. Couarr. eumq; referens Didac. Perez in l. 2. tit. 3. lib. 1. ordinam. column. 163. versicul. alia & quarta, vbi etiam refert Roderic. Suarez alibi & An- ton. Gomez vbi supra & alios.

¶ Cetera, quæ dict. Gundisaluus Rengel in sui fau- orem adducit, facile diluuntur, quia pater ipse eadem allegans, fuit victus & exclusus tribus sententiis con- formibus aduersus eum, & in fauorem patris dicti Io- annis latis, in processu productis. Datum Placentiæ, 23. die mensis Octobr. anno 1570.

Hæc lris fuit decisa in prima instantia iuxta hanc iu- ris allegationem, & fuit declaratus pro patrono huius Capellaniæ dict. Domin. Ioannes, & admittens Capella- nus ab eo nominatus, cui mandatum fuit fieri collati- onem dict. Capellaniæ. In gradu appellationis per Me- tropolitanum fuit confirmata hæc prima sententia re- spectu collationis faciendæ dict. Matthæo nominato a dict. Dn. Ioanne ratione possessionis vel quasi, in qua dicit. Dn. Ioanne ratione possessionis vel quasi, in qua erant Dn. Ioannes & pater eius, nominandi Capella- num ad dict. Capellaniam. Respectu vero proprietatis dict. iuris patronatus reuocata fuit prædict. sententia, & fuit applicatus dict. Dn. Mariæ: a qua secunda sen- tentia fuit appellatum, & per iudicem Apostolicum appellatum fuit prolata tertia sentent. qua confirma- uit 1. & 2. respectu d. Matth. Capel. nominati & in suum fauorē. Et præerea tueri iussit d. D. Ioan. in possel. vel q. q. habebat d. iur. pat. reuocauitq; d. sent. Metrop. respectu